¶ANTO. Constitutio est: constituere est proponere & dicere quid in controuersia sit: ut scribit Victorinus libro primo rhe. Vtq̃ fabius lib. iii. inquit: Quod nos statum: id quidam constitutionem uocant: alii Quæstionem: Alii quod ex quæstione appareat statum græci stasin uocant: Quæ appellatio dicitur ducta uel ex eo q̃ ibi fit primus causæ congressus: uel q̃ in hoc causa consistat. Statum quidam dixerunt primam causarũ conflictionem: quos recte sensisse parum elocutos puto: inquit fabius: Non enim est status prima conflictio secisti non feci: sed quod ex prima conflictione nascitur: id est genus quæstionis fecisti: non feci: an fecerit: hoc fecisti: non hoc feci: quod fecerit. Cicero autem libro. i. rhet. de inuentione sic: Eam quæstionem ex qua causa nascitur constitutionem appellamus. Constitutio est prima conflictio causarũ ex depulsione intentionis procta. Constitutio coniecturalis appellatur & cẽ. Deprecatio: Cice. lib. i. rhe. de inuentione ait: Deprecatio est quum & peccasse reus consulto peccasse confitetur. Et tamẽ ut ignoscatur postulat. quod genus per raro potest accidere: Vbi Victorinus ait q̃ hæc deprecatio non nisi apud iperatorẽ aut apud populum ualet: apud iudices uacat. Idem Cicero libro. ii. eiusdem operis ait. Deprecatio est in qua non defensio facti sed ignoscendi postulatio continetur. hoc genus uix in iudicio probari põt: ideoq̃ concesso peccato difficile est ab eo qui peccatorum uindex esse debet ut ignoscat impetrare & cẽ. Fabius etiam libro. vii. sic. Vltima est deprecatio: quod genus causæ plerisq̃ negarunt i iudiciũ unq̃ uenire. Quin. Cice. quoq̃ pro ligario idem restari uidetur: quum dicit: Causas ægi cæsar multas equidem tecum: dum in foro renuit ratio honorum tuorũ. Certe nũq̃ hoc modo: Ignoscite iudices errauit lapsus est non putauit: si unq̃ põt hac & cẽ. In Senatu uero & apud populũ & apud principem & ubicunq̃ iuris clementia est. Insimulatione. accusatione.

Constitutum qd & unde dicta

¶FRAN. Legitima constitutio νομικη græce dicitur. huius partes sex sunt: singulas adiectis explicat exemplis: Prima autẽ pars ẽ cum ex scripto & sententia controuersia nascitur: quoniã uoluntas eius qui scripsit ab eo quod scriptum est dissentire uidetur græce κατηρτον dicitur και διανοιαν. Si sit lex oñdit quo modo sententia scriptori sa lege dissenti repõt: lex ẽ: Si tempestate coactus quispiam nauem

Legitima constitutio est cum ex scripto: aut ex scriptis aliquid controuersię nascitur. Ea diuiditur in partes sex: scriptum & sententiam: contrarias leges ambiguum: diffinitionem: translationem: ratiocinationem. Ex scripto &

Ex scripto & sententia

Scriptũ & sententia
Contrariæ leges
Ambiguũ lege
Diffinitio
Translatio

reliquerit. In scripto: in eo quod scriptum est: Si ambiguum fuerit & dupliciter intelligi potest ut dato ꝙ uolet: quod exemplum iserius est. Aut ex scripto ex eo quod scriptum est: cum uoluntas scribentis diuersa a scripto fuisse uidet: ut paulo post de naui eius uel eorū nauis sit: cum rebus oībus quæ in naui remāserunt hoc modo qui nauem timore tempestatis reliquerit: nauē & quæ in ea bona habet: āmittito: eius qui in naui remanserit nauis: & quæ bona in ea sunt esto: Magnitudine tempestatis cæteri preteriti sunt in scapham coniecerunt & in tutum locum recepe-runt: unus remansit ægrotus qui fuisset si ei per ægritudinē licuisset: nauis forte fortuna incolumis in portum delata est: ægrotus ꝙ remansit in naui: lege agit & nauem: ac bona quæ in ea sunt possidere uult: sed is cuius nauis erat: non patitur suā esse dicens: Cūꝙ legis uerba negare non possit: sententiam ac uoluntatem scriptoris aliam fuisse asserit: Nec simpliciter intellexisse eos qui in naui remanerent qcunq essent sed eos dumtaxat qui defendēdi gratia remanerēt: Tu autem nō defendisti nec defendere potuisti: qm̄ ægrotus: tibi igitur nauis adiudicari non debet: hoc loco tantum ostendit Cicero quomodo ex scripto & sententia controuersia oriatur: libro secundo qui

Lex

bus utraq; pars argumentis uti possit docebit. In scapham: parua est naucula schapha quam trahunt nautæ maiori alligata nauī: uel in nauim sublatam fuerūt: illincꝙ in aquam deiiciunt ea autem ad usus plurimos utūtur: & necessarios. Casu & fortuito: casu & fortuna differūt tamen. quicquid .n. nobis præter opinionem nostram accidit casus dicitur: a cadendo: cadere. n. accidere est: & est cuius ratio & causa in rebus secreta est: Auctor est Aurelius Augustinus. Boerius libro quinto de consolatione inopinarum dicit esse euentum ex confluentibus in his quæ ob aliquid geruntur ab effectu causam notificantem: fortuna uero erit: quæ ne ab effectu quidem causam notificat: & cuius ratio penitus ignoratis. Ex contrariis legibus: secunda pars est legitimæ constitutionis quæ ἀντινομία græce uocatur & est quotiens controuersia nascitur: qm̄ contrariæ inter se leges sunt: uel una lex quæ duo diuersa comprehendit: ut lex est quæ iubet si quis uirginem uitiauerit: illius uirgo uel matrimoniū uel mortem eligere possit. Et quidam forte eadem nocte duas uitiat uirgines: quarum altera mortē petit: altera matrimonium; hic una eademꝙ lege uirgo utraq; agit: quoniam duo contraria capta comprehendit: item due sunt contrariæ leges: altera ut qui tyrānum occiderit: petere præmiū possit: altera: ut tyrāno occiso gnoꝙ ex proximioribus eius occidantur: uxor interficit Tyrānum: perit pmium uitam filii: quem uult lex occidi: nascitur ex legum contrarietate controuersia. Athenis ambæ hæ leges fuerunt.

Scapha
Casus
Fortuna

¶ANTO. Legitima constitutio: est quæ in legibus & scriptis uersatur. Ex scripto: ex lege aliqua: uel testamento: uel pacto: uel stipulatione. Ex scriptis: ex legibus testamentisue aut pactis aut stipulationibus &c̄. Ex scripto & sententia nascitur controuersia: Fabius libro. yii. ait. Scripti & uoluntatis frequētissime inter consultos quæstio est: & ps magna controuersiæ iuris hic pendet. Eius genus unum est in quo & de scripto & de uoluntate quæritur. Id tum accidit: quum est in lege aliqua obscuritas aut utercꝙ suam interpretationem confirmat: aut aduersarii subuerit: ut hic fur quadruplum soluat. Duo surripuerunt pariter. x. milia: petunt ab utroq; quadragena: illi postulant ut uicena conferant. Nā & actor dicit hoc esse quadruplū quod petat. Et rei hoc quod offerant. Voluntas quoq; utriq; defenditur: aut quum de altero sit certum est de altero dubium. Ex meretrice natusue concionetur. Quæ filium habebat prostare cœpit. prohibetur adolescens concione. Nam de eius filio quæ ante parrum meretrix fuit certū est. Quum uideatur scriptoris uoluntas cū scripto ipso dissentire. Est & aliud exemplū: quod ponit fabius li. yii. fit. n. cum ipsis uerbis legis reperimus aliqd per quod probemus aliud legumlatorem uoluisse ut in hac controuersia. Qui nocte cum ferro depræhensus fuerit alligetur. Cum anulo ferreo inuentum magistratus alligauit. hic quia est uerbum in lege deprehēsum satis etiam significatum uidet nō cōtineri lege nisi noxium ferrum. Sed & ꝙ uolūtate nitetur scriptum quotiens poterit infirmare debebit. Qui scriptū tuebit adiuuare se et uolūtate tētabit. Ex contrariis legibus: oībus autē manifestū est inquit fabius. li. yii. Nunq̄ esse legem legi contrariā iure ipso: qa si diuersum uidisset alterū altero abrogaretur. sed eas casu collidi & euēru. Id autē pluribus uerbis illic & exēplis aperit. De pecuniis repetundis damnatus hæc accusatio proprie cadit in eos qui cum forent magistratus prouincialibus aut ui aut dolo eripuerūt pecunias: aut uasa pciosa: uestē frumentum: naulgia: nummos: mutatur autē e in u. In concione. Aulus Gelius libro. xyii. scribit concionem tria significare: locum suggestumꝙ unde uerba fiunt. Item significare cætum populi assistentis. Item orationem ipsam quæ ad populum diceretur.

Excōtrariis legibus
De pecuniis repetundis
Concio
Virtus legis

¶FRAN. Cum alia lex iubet: Modestus iurecon
sultus legis uirtutem hanc esse ait: Impare uetare: Altera lex iubet augurem in demortui locū permittere

sententia nascitur controuersia: cum uidetur scriptoris uoluntas cum scripto ipo dissentire hoc modo. Si lex sit quæ iubeat eos: qui propter tempestatem nauim reliquerunt: omnia perdere eorum nauim cæteraq; esse si nauis conseruata sit: qui remanserint in naui magni tudine tempestatis omnes pterriti nauim reliquerunt: & in scapham conscenderunt prēter unum ægrotum. Is propter morbum exire & fugere nō potuit: Casu & fortuitu nauis i portum incolumis delata est. Illam ægrotus possidet. Nauim petit ille: cuius fuerat. Hec constitutio legitima est ex scripto & snia. Ex contrariis legibus cōtrouersia constat: cu alia lex iubet aut pmittit: Alia uetat quippiam fieri: hoc mō: lex uetat eum qui de pecuniis repetū dis dānatus sit: in cōcione orationem habere.

qui petat in concione nominare. Augur qdā damnatus de pecuniis repetūdis indemortui locum qui petat nominauit: petit ab eo multa. Constitutio hæc est legitima ex contrariis legibus. Ex ambiguo controuersia nascitur cū res in unam sententiam scripta duas aut plures sententias significat hoc modo. paterfamilias cum filium hæredem testamento faceret: uasa argētea uxori legauit. tullius hęres meus terētię uxori meæ triginta pondo uasoꝝ argēteoꝝ dato q̄ uolet: post mortē eiꝰ uasa pciosa: & cęlata magnifice illa petit: tullius se q̄ ipe uolet .xxx. pōdo ei dēre: dicit. Cōstitutio legitia ex ambiguo. Ex diffinitiōe cōstat cā cū i cōtrouersia ē quo noie factū appellat: ea est hmōi.

permittere: punire: inter iubere & permittere multum interest: quoniam qđ iubet lex necessario faciē dum est quod permittit i tua potestate est: ut facias uel non facias: ideoq; diligenter intuēdum est. Quoniam si lex pmitteret aliquid fieri uel nō fieri: & alia lex cogat uel uetat: in huius comparatione quæ permittit parum ualet: illud prærerea considerandū est ꝙ legum aliæ aliis derogat aut abrogant. Derogare est aliquid tollere. Abrogare uero penitus remouere: ut supius quoq; dictum est. Iubet & uetat. Similis sunt leges quæ iubent & uetant quantum ad uim attinet: quātam enim ille iubendo uim habent: tantam hæ uetando. Lex uetat exemplum ponit contrariarum legum lex est augur indemortui locū qui petat. nominato uidelicet nominer augur cum qui substituī indemortui loco querit. Alia lex uetat tū qui damnatus sit de pecuniis repetundis in cōcione orationē habere. Accidit ut augur aliquando damnatus de pecuniis repetundis indemortui locum q̄ peteret nominauerit. Accusatur non licet tibi in cōtione indemortui locum qui petat noiare nā lex est quæ prohibet qui de pecuniis repetundis dānatus

De pecuniis repetundis.

sit: hoc facere tu de pecuniis repetundis damnatus fuisti ergo tibi non licet. Tum ille immo uero licet. Nam lex est quæ iubet augurem indemortui locum nominare: Ego augur fum: ideo indemortui locum qui petit in contione nominaui: accusator & defensor suam utercꝙ legem habet. Qua causam suam defendat. De pecuniis repetundis: repetundarum & de pecuniis repetūdis dicitur: nec habet alios casus: & repetundarum cum dicitur sub intelligitur pecuniarum. Quo nomine pecuniæ: & omnia quibus diuitiæ constant continentur. Hæc accusatio proprie cadit in eos qui cum magistratus esset: prouincialibus aut ui aut dolo eripuerunt: pecunias: aut uasa pciosa uestem frumentum naulgia: numos. Indemortui suppletur substitui: indemortuus dicebatur: qui ante tempus magistratus peracti morabatur: ut consul qui magistratus anouus erat: si ante anni finem mortuus esset. Indemortuus itaq; est in ipso magistratu mortuus: cui qui sustituebatur: suffectus nominabatur Contio congregaram. Multitudinem populi significet & orationem: quæ habetur. Ex ambiguo tertia pars est legitimæ constitutionis ἀμφίβολία græce dr. Et est quando controuersia nascitur in scripto cum in duas plures ne sentētias trahi pōt multis modis aliquid ambiguū dicit exemplum ponit cicero in pisona propria factū habuit enim ex terentia uxore filiū. Testamentū igit cōdens Tullius inquit hæres meus terētiæ uxori meæ. xxx. pondo uasorum argenteorum dato quæ uolet. Dato pro der. Volet: ad terentiam refert: & ad hæredem: quæ uolet heres meus uel terentia: & huic nascitur ambiguitas. Celara magnificētiæ ut nō solum pondus ea faceret præciosa: sed etiam artificium. Triginta pōdo hoc est libellas sex tertius inquit Varro est dupondius & semis. i. duorum pondo & semis: & addit pondo autem libelli est & libellum dicit pondo esse & non libram quoniam ueteres: quemadmodum nūc nos libram habuerūt & libellam. nam libra pciosiores res uenduntur: libella uero uiliores. Ex diffinitione opoς græce dicitur diffinitio cū nō de facto ambigitur: sed de facti nomine controuersia nascitur: diffinitionis constitutio appellatur: ut si accusatur quispiam sacrilegii: qui rem sacrā subtulit de loco nō sacro: & fateatur se rē surripuisse: sed furtū nō sacrilegiū fecisse qm̄ is sacrilegiū faciat q rē sacrā de loco sacro auferat. Exemplum ipse adiicit cicero: qđ hmōi est.

Ex ambiguo

Duponḋius

Ex diffinitione

¶ANTO. Altera lex iubet. Ordo est. Altera lex iubet augurem in contione nominare supple eum q̄ petat locum indemortui. Indemortui: indemortuus dicebatur: qui in magistratu nondum finito morieba-tur. Mulcta: Vlpianus de uerborum significatione scribit. Pœnam generalem nomen esse oium delictorū cohertiōem: Mulctam uero specialis pcti: cuius animaduersio hodie pecuniaria est: Pœna autem non tantum pecuniaria: uerum capitis &c̄. Plautus trī in amph. ait. Nunqd causam dicis: quin te hoc mulctem matrimonio: Et Cic. li. primo tusc. ait. Quæ est igitur eius oratio. qua facit eum plato usum apud iudices iā morte mulctatum. Ex ambiguo controuersia nascitur. Vt fabius li. yii. scribit Amphibologiæ species sunt innumerabiles: aut. n. uocibus accidit singulis: aut coniunctis. Singula afferunt errorem quum pluribus rebus aut hominibus eadem appellatio est hōnyma dicūtur: ut gallus: utrum enim gentem an nomen auis significet incertum est. Et aiax an thelamonius an oilei filius uerba quoq; quædam diuersos itellectus habēt: ut Cerno. Quæ ambiguitas plurimis modis accidit. Vnde fere lites præcipuæ ex testamentis quum de liberrate aut etiam here ditate contendunt ii: quibus idē nomen est: aut quid sit legatum quæritur in coniunctis plus ambiguitatis: ut Aio te æacida romanos uincere posse. Per collocutionem ubi dubium est quid quo referri oporteat ac frequentissime quum quidem quod medium est utrinq; possit trahi. ut de Troilo Vergilius. Lora tenes tantum: Hic utrum q; teneat tantum lora: an quamuis teneat tantum trahatur quæri potest. Vnde controuersia illa: testamento quidam iussit poni statuam auream hastam tenentem. Quæritur an statua hastam tenens aurea

Indemortuus
Mulcta
Pœna

Plautus
Cicero
Amphibologiæ
Species

esse debeat: An hasta esset aurea in statua: Sæpe utri duorum antecedentium sermo subiectus sit in dubium est unde est controuersia: hæres meus uxori meæ dari damnatus esto argenti quod elegerit pondo centum. Vter eligat quæritur. Quæ uoler: hic consistit amphibologia: utrum enim ad Tullium uel ad Terentiam referendum sit dubium est. Ex diffinitione. Victorinus li. primo rhet. sic ait. Definitio talis est. Homo est animal rationale bipes risus capax. Descriptio uero talis. Homo est: qui rectum uerticem rotundo capitis attollit cuius sunt sub collo humeri brachiaq; demissa: & cætera in hunc modum. Diomedes autem sic diffinio est oratio: quæ id de quo quæritur aperte describit & determinat. Cicero sic eam diffinit. Diffinitio est oratio: quæ quid sit de quo quæritur ostendit q̄ breuissime.

¶FRAN. .L. Apuleius Saturninus tribu. ple. legem. tulit ut frumētum populo diuideretur: semissibus: & trientibus. Cæpio qui quæstor Vrbanus erat existimans tātam largitionem pati rempubli. nō posse: aduersus Saturninum concionem habuit: sed id saturninus contemnens ferre legem perstitit quam pronunciaturus cum pulpitum ascendisset cæpio pōtes disturbauit: Cistellas disiecit: in quibus tabellæ continebantur. cæpiōem saturninus maiestatis accersit. Quod magistratuū læserit populi romani sic igitur instat. læsisti maiestatem: q̄ tribuno ple. legem ferre uolente impedimento fuisti: ille nō læsisse maiestatem dicit: sed potius lædere uolētem prohibuisse: quoniam Saturninus contra senatus bonorumq; omnium uoluntatem ferre legem uolebat factum conuenit sed quid sit maiestatem lædere diffinien/dum est: & propterea diffinitiua dicitur constitutio.

Semis triens

Frumentaria de diuidendo frumento. De semissibus & trientibus. uolebat enim ut frumētum semissibus & trientibus populo diuideretur & distribuereꝰ. Nomina quæ ad pondus pertinent numerum & mēsuram: pro se inuicem poni solent: pondus pro numero numerus pro pondere: & pro his mensura omnia tamen ad partem integram referri cōuenit uel ponderis: uel mensuræ uel numeri. Quod ut apertius intelligaē as est libra unciarū duodecim: cū semissem dico: dimidiam partem assis intelligo: si de pondere sermo est. Dimidiū libellæ accipio. si de agris loquimur: semissem dimidium iugeris esse interpretor. si de mēsura: ut frumenti: uini: olei: Semissem modium dimidium intelligo. Trientem uero quartam partem: cum igitur semissibus ait de frumento loquens dimidium modium significet: cum trientibus inquit tertiam partē exprimit: saturninus. n. legem frumentariā de semissibus & trientibus ferebat: ut iis quidē semis daret frumenti. i. dimidius modius: illis uero qui minus pauperes essent trisses hoc est quarta modii pars donaretur. cæterum maiores nostri omnem summam per partes assis diuidebant: ut hereditatem: agros ordines Assem pro libella accipiebant: & in duodecim partes distinguebāt: quarum: singulæ unciæ dicebantur ab imo: sextans: duas uncias: quadrans tres: trines quatuor: quincunx quinq̄: semis: sex uncias continebant: unde & sic dicitur quod sit dimidium assis & a græco descendit a quibus τοῦ ἡμίσυ uocatur mutata in s aspiratione quod fieri in multis consueuit septunx septem a septem & uncia bes octo. olim autem des dicebatur: quasi dempto triente: dodrans nouem quasi dempto quadrante: dextans. x. quasi dempto sextante deunx: undeci: quasi una de asse dempta uncia: inde uncia quasi una nam ab uno dicitur. Quæstor Vrbanus questorum alii urbani erāt: qui & erarii uocabantur: ii autem publicæ pecuniæ curam gerebant: alii ad exigenda uectigalia in prouincias mittebantur. Alii maleficia conquirebant a quorum quæstionibus exercendis quæstores uocati sunt: auctor uarro sed qui pecuniæ præerant quæstores nominabantur: q̄ inquirendæ pecuniæ: & conseruādæ causa crearentur: & quia de capite ciuis romani in iussu populi non erat lege permissum consulibus ius dicere: quæstores constituebantur a populo qui capitalibus rebus præessent: & ii parricidii appellabantur quorum & lex. ii.

Sextans

Bes Dodrās

Aerariū

tabularum meminerat quæstor ergo urbanus qui idem & curatius uocabatur: & publicæ præerat pecuniæ. Aerarium. locus in quo publicæ reponebantur pecuniæ: ærarium uocabatur ab ære: cuius nomine omnis pecuniæ continebantur: argentum etiam & aurum siue graue esset siue signatum ærarium suum iæde saturni romani esse uoluerunt: quoniam tempore quo saturnus italiam incoluit fertur in eius finibus furtum nullum esse cōmissum. Aut quia sub illo nihil erat cuiusq̄ priuatum: ut apud eum locaretur populi pecunia communis sub quo fuissent cunctis uniuersa communia. Senatus decreuit. Cum de hac lege frumentaria quam saturninus ferre uolebat. cæpio in senatu retulisset in hanc sententiam senatusconsultum factum est: contra rempub. esse si eam saturninus ferat. College alii tribuni nam ii sunt college qui ad eundem eligunt magistratum.

Cum lucius Saturninus legem frumentariā de semissibus & trientibus laturus esset. Quintus Cæpio: qui per id temporis quæstor urbanus erat: docuit senatum ærarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decreuit: si eam legem ad populū ferat aduersus rempubli. uidit ferre: cum uiris bonis impetum fecit pontes disturbat: cistas deiecit: impedimento est quo secius feratur lex. Accersitur Cæpio maiestatis. Constitutio est legitima ex diffinitione: uocabulum enim diffinitur ipm. cum quæritur quid sit minuere maiestatem. Ex translatione controuersia nascitur: cum aut tempus differendum: aut accusatorem mutandum: aut iudices mutandos reus dicit.

magistratū. Intercedere impediebant: est ār ppriæ ui aut uerbo in mediū se opponere & ipedimento eē. Ille Saturninus qui senatusconsultum cōtinebat. Pōtes disturbat: uel scalas intelligis graduſq̄ per quos in suggestum ascendebatur ut per transuersum posita tigna cum tabulis instar pontis eminens autem extrudebatur pulpitum. unde lex recitaretur & ab omnibus qui circunfusi erant exaudiretur: cæterum pons est p quē super prohibitum ambulamus elementum: uel aer: ut uel aqua cistellam: capsulam nam cista capsa est cuius diminutiuum est cistella: græcum autem uocabulum est. Accersit maiestatis. lex iulia maiestatis in eos qui contra rempubli. aut imperatorem aliquid moliti essent suum extendebat uigorem: cuius pœna animæ amissionem sustinent: & memoria rei etiam post mortē damnatur. Ex translatione. quinta pars est legitimæ constitutionis: quæ aliis quoq; nominibus appellatur: Nam cōmutatio transumptio & transpositio dicitur. Hermagoras primus principalem fecit constitutionem μετάληψιν græci uocant translatiua nominatur quoniam ait Cicero in rhetoricis de inuentione actio translationis & cōmutationis indigere uidetur: est autē actio ius persequendi in iudicio quod tibi debetur: Vtimur hac constitutione quotiens ex eo pendet causa: ut ab alio nos accusari debere dicamus aut non nos: sed alios accusari aut non apud hos sed apud illos: non hac lege: sed illa: non hoc crimine sed illo: non hac pœna sed illa. Aut tempus: ut si cum aliquo conueneris: te illi darum inter quinquennium centum: & ille ante tempus postulet: non negas te centum debere sed ante tempus peri dicis ideoq; differendum expectandumq; ut quinquēnium prætereat. Aut accusatorem: ut si ignominiosus sit aut infamis accusator qui actionem habere non possit fatebimur obiectum crimen. sed mutandum esse accusatorem dicemus. Mutandum iudices ut si dictum olim fuisset non debes apud prætorem petere fidei cōmissum: sed apud consules maior enim prætoria cognitione summa est item si sacerdos tēpore nostro apud prætorem accusarus ad Episcopum quem iudicem suum esse dicat rem deferri postulet.

Cista

Ex trāsla ione

¶CANTO. Lucius saturninus. Lu. Apuleius saturninus tribu. plæb. seditiosus fuit de quo plura Pli. de uiris illustribus ubi etiam ait: q̄ aurum dolo aut scelere cæpionis partum ad emptionem agrorū conuenerit: aqua: & igni interdixit ei qui in leges suas non iurasset. Meminit & Liuius li. lxix. Legem frumētariam: ad frumentum pertinentem. De semissibus & trientibus ideſt de sexta parte & quarta. Semis enim sexta pars assis est. Triens uero quarta: erant autem & pondera & mensuræ. Quæstor urbanus aiunt quæstores appellatos q̄ publicæ quærendæ pecuniæ præpositi essent. Erat autem quæstorum aliquis: qui ærarii: & urbanæ pecuniæ curam gerebat. Aliquis uero prouincias exigendis uectigalibus sortiebatur. Aliquis maleficia conquerebat. Varro autem sic ait. Quæstores a quærendo: q̄ conquirerent publicas pecunias & maleficia. Aerarium dicitur locus publicus: ubi reponuntur thesauri uel pecuniæ ab ære: Vnde prius pecunia fuit. Largitionem largitas rationabilis dicitur largitio uero uitium. quum ob iniustam causam alicui largiuntur aliquid: referē autem ad prodigalitatem non liberalitatem. Intercedere oppugnare & impedire cœperunt. Cistellam qua scilicet suffragia populi in creandis magistratibus legibusq; ferendis colligebantur: hanc alii Sitelam appellant. Cicero enim in oratione pro Cornelio de maiestate sic ait. Neq; maius est legere codicem cū intercedatur q̄ sitelam ipsam cum ipso intercessore deferre. Pontes: gradus quibus pulpitum ascendebant. Quo sejus: ut aliter. Maiestatis Cicero li. ii. rhe. de inuent. sic ait. Maiestatem minuere est de dignitate aut amplitudine aut prātepopuli: aut hoꝝ qbus populus potestatem dedit aliquid derogare. li. autem. ii. rhe. ad herennīū idē Cice. sic. Maiestatē is minuit: qui ea tollit: ex quibus rebus ciuitatis amplitudo cōstat: hæc sunt ea quæ capiunt suffragia populi & magistratus consilium: Nēpe igitur tu & populū suffragio & magistratum consilio priuasti: quum pontes disturbasti. Item ex contrario maiestatem is minuit: qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit: Ego non affeci: sed prohibui detrimenta: ærarium conseruaui libidini malorum restiti. Maiestatem omnem interire non passus sum &c̄. Ex translatione: ideſt transmutatione: num alio modo: alio tēpore: alio loco num alia lege: num alio quærente: aut agente. Tēpus differendum: ut si quis ab aliquo cōmodatum frumentum peteret mense aprilis: debitor uero diceret se debere in iunio post messem scilicet. Accusatorem mutandum: ut si dominus accusaretur a liberto & seruo iam manumisso: aut patronus a cliēte: aut pater a filio. Cauent. n. leges nequis horum prædictos accusent. Iudices mutandos: ut siquis accusaretur ejus esset accusandus prætori. Reus. i. accusatus is enim est reus: q defendit & propulsat accusationem. Vt autem festus ait: reus dictus est ab re quam promisit ac debet.

Maiestatem di minuere

In iudiciis quē dicit criminale causas intelligit

Hic parte cōstitutiōis græci in iudiciis nos in iurē ciuili plerunq; utimur. In hac parte nos iuris ciuilis scientia iuuabit: in iudiciis tamen non nihil utimur: ut hoc modo. Siquis peculatus accusatur: quod uasa argētea publica de loco priuato dicat sustulisse: possit dicere cū diffinitōe sit usus qd sit furtū qd peculatus. Secū furti agi nō peculatus oportere. Hæc portio legitię cōstitutiōis his de cāis raro uēit i iudicii:

s. in causis pecuniarijs

¶FRAN. Hac parte græci Translatione græci in causis iudicialibus & criminalibus utebantur cum dicebant non esse damnandū hac pœna: nō hoc tpe nō apud hunc magistratū nostri magis in petitionibus & in re pecuniaria usi sunt item græcis ſtoriæ exceptiones certe nō erant: nec a causa cadebat qui non sic agebat ut cā postulabat. In iure ciuili: quotiens de iure q̄stio est: Nouimus aute multas iure ciuili cō paratas exceptiones defendorum eorum gratia cum quibus agit sæpe enim accidit: ut licet ipa pſecutio quā accusator experitur iusta sit: tñ iniqua sit aduersus eum cum quo agitur: uerbi gratia: si metu coactus aut dolo inductus uel errore lapsus stipulan

ei tityo promisisti; quod non debueras promittere palam est te iure ciuili obligatum esse & actio qua inten/ditur dare te oportere efficax est: sed iniquum est te condemnari ideoque datur tibi exceptio causa metus aut doli mali: aut in factum composita ad impugnandam actionem plurima ad hoc ac diuersi generis exem//pla: ex libris iuris ciuilis: ubi de actionibus tractatur: sumere studiosis licebit. In iudiciis tamen: more græcorum: q̃uis in iure ciuili & pecuniariis tantum causis translatione uti soleamus in iudiciis quoque uti nos conti/git ita tamen ut ad eam per diffinitionem: accedatur: ut prius rerum uocabula diffiniantur. Quintilianus uix in ulla ait controuersia translationis statum reperiri: ut non & alius in eadem recte dici possit: ideoque a qui//busdam eum esse exclusum: idem dicit translationem non habere quæstionem de qua contendit orator: sed propter quam contendit nam si dicitur occidisti hominem non occidi quæstio est an occiderit & status con=iectura non est tale habeo ius actionis non habes: ut sit quæstio an habeat & inde status: habeat enim actionem nec ne ad euentum pertinet: non ad causam: Et ad id quod pronunciat iudex non ad id propter quod pro//nunciat: hoc illi simile est puniendus es: non sum uidebit iudex an puniendus sit: sed nunc hic erit quæstio nec status: sed illic puniendus &c. hominem occidisti non occidi: an occiderit. Si quis peculatus: exemplum est quomodo translatione in iudiciis utamur: accusatur aliquis q̄ uasa publica de loco priuato sustulerit: qui accusat peculatus accusat: non furti maiore enim pœna peculatus quam furti crimen punitur accusator au/tem sic instat damnari debes peculatus quoniam uasa publica surripuisti: contra defensor non peculatus

Furtum Peculatus

sed furti damnari debeo: quoniam de loco priuato sustuli: uterque uero pro suæ causæ commodo diffinit: qui accusat peculatus inquit est publicæ rei subtractio. Tu rempubli. subtraxisti peculatus igitur damnari debes. contra qui defendit: furtum inquit est cum de loco priuato aliquid subripitur: hic de loco priuato su//stulit furti ergo damnari debet per finitionem itaque ut dictum est: ad translationem deuenitur: & dicitur fur

Peculator

ti agi oportere non peculatus: & si causa transfertur a crimine peculatus ad crimen furti: & peculatus autem furtum publicum significat a pecore autem dicitur: eo q̄ ueteres romani nihil præter pecora habebant. Et peculator is erat qui furto pecora subducebat: & qui populum fraudat peculatus pœna tenetur/ unde de//peculari uerbum sed quoniam in diffinitiua constitutione quæritur: quid fur: quid sacrilegus: quid furtum: quid peculatus idem esse cum ea uidetur Translatio: sed differt quoniam indiffinitiua crimina utraque iun/=guntur. Non enim cum sacrilegum dico: furem nego: in translatione uero uno est accusandus crimine: siue illo ad quod intendimus: siue illo ad quod reus transferri postulat actionem Hæc portio: rationem subiicit cur translatiua constitutio raro ueniat in iudicium.

Dr inter translatiuam & diffinitiuam constitutione que mihi frigidior esse uidetur

Ius ciuile

¶ANTO. Hac parte constitutionis: scilicet legitimæ. Nam dictum est esse sex partes constitutionis legiti/mæ. In iudiciis: idest in rebus criminalibus. in quibus est accusatio & defensio. In iure ciuili. in rebus pecuniariis: & in quibus agitur de ciue. Iuris ciuilis scientia: Cicero in topicis scribit ius ciuile id esse: quod in legibus senatus consultis rebus iudicatis iuris peritorum auctoritate edictis magistratuum more æquitate constat Pauloque superius dixerat. ius ciuile est æquitas constituta iis: qui eiusdem ciuitatis sunt: ad res suas obtinen//das idem quoque libro primo de oratore scribit q̄ tenenda est oratori omnis antiquitas: exemplorumque uis: neque ius legum: aut ciuilis iuris scientia negligenda est. Peculatus idest furtum publicum: & dici cœpit a pe=core tunc quum romani præter pecudes nihil haberent. Auctor est festus. Furtum idest occulta surreptio ut ait Nonius. Vt aũt in digestis scribitur. furtum est contractio uel contractatio fraudulenta rei alienæ mobilis corporalis quæ fit inuito domino cuius res fuit: aĩo lucrandi. In priuata actione. i. ciuis ad ciuem. personæ ad psonam est ãt actio ius psequendi. Prætoriæ exceptiones. ptor urbanus dictus qui præiret iure. itẽ

Actiões

prætor dictus qui piret exercitui. ut Varro scribit.

quod in priuata actione ptoriæ sunt exceptiones: & a cã cadit: is q & nõ queadmodũ oportet egerit: & in publicis questionibus cauetur legibus ut ante si reo comodum sit: iudicium de accusatore fiat utrum illi liceat accusare: nec ne ex ratiocinatione cõtrouersia constat:

¶FRAN. Quod in priuata actione prætoriæ exceptiões sunt. quod ut intelligat sciendũ est: Actionũ alias publicas alias priuatas esse priuata lex nulla est de publicis lege sancitũ e ut siqs repetundarũ peculatus furti adulterii maiestatis accuset: q̄ publicæ actiones sũt: certis legibus ea cria psequi licet si qs uero creditã pecuniã: aut quo uis mõ alteri traditã petat restitui priuata actio ẽ nullaque lex ad eã actionẽ scripta est sed reddere oportet nisi creditor ita cõ

exceptiones

uenerit nec oĩno repetere. Quod si est exceptio ptoria succurrit ne reddat is a quo petit. Exceptiones uero aut in rem sunt aut in personam. Item aliæ perpetuæ sunt: & peremptoriæ: aliæ temporales: & dilatoriæ. perpetuæ & peremptoriæ sunt quæ semper agentibus obstant: & semper rem de qua agitur perimunt: qualis est exceptio doli mali & quod metus causa factum est: & pacti conuenti cum ita conuenerit ne omnino pecunia peteretur. Temporales atque dilatoriæ sunt quæ ad tem/pus nocent & temporis dilationem obtinent: quales sunt pacti conuenti cum ita conuenitur ut intra certum tempus agatur ueluti intra quinquenium. Nã finito eo tẽpore nõ impeditur actio rem exequi: ergo si qbus intra tempus certum agere uolentibus obiicitur exceptio aut pacta conuẽti aut alia similis differre dñt actionẽ: & post tẽpus agere ideo & dilatoriæ actiones appellantur. Alioqui si intra tempus egerint obiectaque sit exce/ptio neque eo iudicio quicq̃ consequẽtur: propter exceptionem: nec post tempus olim agere poterant: cum te/mere rem in iudicium deducebant: hodie autem qui non egerint queadmodũ oportet. leuius puniuntur & ze

Dilatoriæ aut temporales

minianæ

Justinianus libro 4 institut. titulo de exceptionibus. Comparate sunt exceptiones defendendorum eorum gratia cum quibus agitur. Sepe enim accidit ut licet ipsa persecutio qua actor experitur iusta sit tamen iniqua sit aduersus eum cum quo agitur [illegible] Si metu coactus aut dolo inductus aut errore lapsus stipulatus [illegible] promisisti quod non debueras promittere palam est iure ciuili obligatum esse [illegible] qua intenditur dare te oportere efficax est. Sed iniquum est te condemnari ideo datur tibi exceptio metus causa aut doli mali aut in factum composita ad impugnandam actionem. Sunt [illegible]

minianæ sublacent constitutioni: quæ qualis sit: & in libris de nouarum constitutionum: & in institutionibus: ubi de exceptionibus agitur cognosci potest prætoria autem exceptio sic diffinitur exceptio est alicuius actionis uel diffinitionis alicuius ciuilia iura scribentis aliqua de causa per prouidentiã prætoris exclusio. Prætoriæ actiones &c. ut quicquid uendideris ne redibito: prætoria ad hoc exceptio est quod dolo malo fit ratũ non esto: ut si equũ uendideris & uitium occultaueris. æquum redibito penes prætorem uero omnis publici priuatique iuris apud romanos potestas fuit: ut nulli præter q̃ illi ius cõdere & uetera abrogare facultas eẽt: adeo aũt prætoris creuit auctoritas: ut quod ipse dixisset ob ipsius honorem ius honorarium uocaretur. A causa cadit. Nihil est aliud a causa cadere: q̃ ius persequendi quod tibi debetur amittere. Quemadmodum oportet &c. ut qui non petierit debito tempore: aut apud eos apud quos debuit aut non quomodo debuit a causa cadat publicis quæstionibus: in criminibus quorum cognitio ad senatũ uel populum pertinet sæpe contigebat apud maiores nostros: ut cum publici criminis quispiam accusabatur prius ageretur uter accusare deberet si duo essent: & sic translatio in iudicium non ueniebat: Vt in causa uerris prius de futuro accusatore actum est nam. Qu. Celius niger siculus uerris quæstor & ut ipse dicebat inimicus: quoniã ab eo læsus fuerat se non Ciceronem constitui accusatorem debere contendebat. Cõtra Ci. se accusare debere ostendebat: & pbabat: ut i ea cognosciris orationem quæ diuinatio inscribitur: quoniam non de facto quærit illic coniectura: sed de futuro q̄ eit diuinatio uter debeat accusare. Alii tamen ideo putant dictã diuinationem. q̄ iniuriati iudices cã sederẽt & q̄d uellent statuere de utroque possent. Alii q̄ res ageretur sine testibus: & sine tabulis: & his remotis argumenta sola sequerentur iudices: & quasi diuinarẽt auctor asconius. Si reo cõmodũ sit: non si reo placuerit exponas: sed potius si utile fuerit: quoniam is qui non idoneus esse dicatur: & infestus, iratusque nimium uideatur esse & uehementissimus esse cognoscatur accusator qualis in uerrem futurus ab aduersariis Cicero timebat. Liceat quoniam si futurus crederetur. præuaricator eẽ accusator non potest nec deberet. Ex ratiocinatione &c. Vltima pars est legitimæ constitutionis: quæ collectiua & ratiocinatiua aliquando appellatur: non nunq̃ etiam syllogismus græco uocabulo nominatur. Est autem syllogismus perfecti argumenti species: ex ppositione: propositionis ratione & assumptione constans: ut si homo est animal homo est substantia: atqui homo est animal ergo est substantia: ẽ & Rhetoricus color de quo præcepta inferius dabuntur libro quarto: ratiocinatione autem utimur cum res sine certa lege in iudicium uenit: nam ex legibus quæ sunt: similitudinem ad rem cui certa lex scripta non est: aucupamur: longe autem plures casus sunt: qui accidunt q̄ scriptæ leges: & emergentes casus leges fecerunt: faciuntque quotidie. Ideoque legum interpretes qui iure consulti appellantur: si forte aliquid de iure cautum non sit: sumpta ad id utuntur ab eo de quo cautũ est similitudine: uel a pari argumentantes: uel a maiori ad minus uel contra.

Prætoria exceptio

A causa cadere

Ex ratiocinatiõe Syllogismus

¶ANTO. Prætoriæ exceptiones. Institutiones adeo quidem aucta est prætoris auctoritas: ut quod prætor ipse dixisset: ob ipsius honorem ius honorarium uocaretur. Ex ratiocinatione fabius libro septimo syl//logismum appellat: ubi ait q̄ syllogismus habet aliquid simile scripto & uoluntati: quia semper pars in eo altera scripto nititur. Et postea inquit. Ergo hic status ducit ex eo quod scriptum est ad id quod incertum est q̄d quoniam ratione colligitur: rationarius dicitur. Vt autem cicero li. i. rhe. de inuent. ait. Est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens: quod expositum & per se cognitum sua se ui & ratione confirmet.

cum res sine propria lege uenit in iudicium: quæ tamen ab aliis legibus similitudinem quãdam aucupatur. Ea est huiusmodi lex. Si furiosus existet agnatorum: gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto & lex: qui parentem necasse iudicatus erit ut obuolutus & obligatus corio deuehatur in fluentem. Et lex paterfamilias uti super familia pecuniaque sua legauerit: ita ius esto & lex. Si pater familias intestatus moritur familia pecuniaque eius agnatorum gentiliumque esto malleolus iudicatus est matrem necasse: eo damnato statim folliculo lupino os obuolutum est: & soleæ ligneæ pedibus inductæ sunt: & in carcerem inductus est qui defendebant eum tabulas in carcerem afferũt: testamẽtum

culeo — a lupi

¶FRAN. Quæ tamen ab aliis legibus &c. exẽplũ ipse subiicit Cice. leges aũt oẽs q̃ pponunt nihil oĩno ad crimẽ. P. Malleoli ptinere uident: q tpe quo marius cimbros supauit perẽpta matre primus oĩum insutus culleo in mare pcipitatus ẽ auctor ẽ Liuius li. lxyiii. ab urbe cõdita Capeus ãt post mricidiũ accusãte fratre q minor natu erat in carcerẽ trusus est: illic ãt afferẽtibus tabulas q defenderãt testamentũ cõdit: & desẽsores hæredes istituit: ii postq̃ Malleolus Supplicio affectus ẽ: hæreditatẽ adesit testamẽto freti: sed eos Malleoli fr ab hæreditate depellit dicens ad se puenire. Nulla lesi certa ẽ q̃ ueter uel pmittat mricidã testamẽtũ facere: diuersæ tñ afferũt: ex qbus p similitudinẽ hic facere potuisse: illic ñ potuisse ondit. Agnatorum gẽtiliumque agnati dñr q ex pr̃na linea descẽdũt usque ad septimũ gradũ: Caius iurecõsultus agnati iqt dñr q ex eadẽ agnatiõe nati sũt: ut fr ex eodem pr̃e & fr̃is filius euiusdẽque nepos paulus ãt iter agnatos & cognatos hoc dicit iteresse: qa i agnatis cõtinẽtur cognati sed nõ agnati i cognatis exẽpli cã frater pr̃is. i. patruus idẽ cognatus ẽ & agnatus at ñ cognati ñ agnati ut fr mr̃is. i. auũculus: & filii eius cognati sũt ñ agnati. Gẽtiles ãt dñr: ex eadẽ gẽte id ẽ familia & q idẽ nomine gentis cõe hñt ut scipiones marcelli. Ex

Agnatus

Cognatus

Gẽtiles

ipso præsente conscribunt testes recte assue/runt de illo supplicium sumitur. Hi qui hære des erant testimento hæreditatem adeũt. Fra/ter minor maleoli qui eum oppugnauerat in eius periculo suam uocat hæreditatem lege agnationis: hic certa lex in re nulla affertur & tamen multæ afferuntur ex quibus ratiocina tio nascitur quare potuerit: aut non potuerit iure testamentum facere. Constitutio legiti/ma ex ratiocinatione cuiusmodi partes essent legitimæ constitutionis ostendimus nunc de iuridiciali constitutione dicamus.

Lex pō/peia

lex ē qui parentes: ad huc in iure ciuili lex pompeia ē de parricidis: q̄ cauet: ut si q̄s parentis aut filii aut oi no eius effectiõis quæ nuncupatione parricidii conti netur: fata pperauerit siue clam: siue palam id ausus fuerit: nec non is cuius dolo malo id factũ fuerit uel conscius criminis extiterit: licet extraneus sit: pœna parricidii puniat̃: & non gladio non ignibus: non ulli solemni: alii pœnæ subiiciatur: sed insutus culleo cũ cane & gallo gallinario & uipera & simia: & inter eas ferales angustias cõpræhẽsus: ut regionis qualitas tu lerit uel in uicinum mare uel in amnẽ proiiciatur: ut omniũ elementorũ usu uiuus carere incipiat: & ei co elũ superstiti terra mortuo auferatur. de qua re sic ait iuuenalis: cuius supplicio non debuit una parari si mia: nec serpens unus: nec Culleus unus: & Cicero in oratione p Sex. Roscio: quanto nostri maiores sapiẽ tius: q cum intelligerent: nihil eẽ tam sanctum qd nõ aliquando uiolaret audacia supplicium in parricidas singulare excogitarunt: ut quos natura ipsa retinere i of/ficio non potuisset magnitudine penæ a maleficio submouerentur in sui uoluerunt in culleũ uiuos atq ita in flumẽ deiici. Valerius maximus primũ targnii prisci iussu Tulliũ duũ uirũ q librũ ciuiliũ sacrorũ secreta cõti nẽtẽ custodiæ suæ cõmissũ pcio corruptus petronio sabino ex scribendũ dedisset insutũ culeo i mare piectũ es se dicit idq supplicii genus nõ multo post parricidis lege irrogatũ fuisse: q eadẽ pœna deorũ & parentũ uiola tio expiãda uideret. Si paterfamilias: patrifamilias ius ē testamentũ facere & sicut ipse legauerit: ita distribui bona debet qd si idẽ intestatus decesserit: agnatorũ bona: eius & e gentiliũ sũt cũ alii hæredes pximiores non extiterint. Folliculo: culleo & corio lupino ad similitudinẽ follis fcõ. Soleæ ligneæ, cõpedes q his q̃si soleis pedes induunt. Cæterũ solea calciamẽti genus ē quo plantarũ calces tm̃ in fine tegunt. Cætera ppenuda & teretibus habenis uincta sunt κρηπῖδας græci uocãt & sutores earũ crepidarios dicta q solo pedis subiicit̃ ē & piscis ad calcei similitudinẽ solea formã habẽs planum. Auctor Plinius ē & q̃ equi & muli ex ferro calcian tur. In carcerẽ ductus ē: ut paulo post suppliciũ de eo sumeret̃ tabulas in q̃bus testamẽtũ scriberet̃ p'uos nõ sterit defensores forte dixerũt quo minus absolueritis: quare satius est & cõueniẽtius uos hæredes institui: q in potestatẽ inimicorũ tuorũ bona tua deueniãt. Ipsa psente: irritũ fuisset testamẽtũ nisi testator affuisset: cũ cõderet̃ ritæ. solẽniter & serui romanã cõsuetudine q̃nq testibus ciuibus romãis puberibus psentibus libri/pẽde: & eo q familiæ emptor dicebat̃ uocabaturq testamẽtũ sic factũ p æs & librã: hoc ē p emãcipationẽ. Hæ reditatẽ adeũt ea lege: paterfamilias uti sup familia pecuniaq sua legauerit: ita ius esto: me reliqt hæredẽ bo/norũ suorũ ergo iure ad me deuoluit̃ hæreditas. Frater minor malleoli &c. hic materna pietate cõmotus fra trẽ oppugnauerat. Agnationis lege: q̃ ē: si paterfamilias intestatus morit̃ familia pecuniaq eius agnatorũ gẽti liũq esto sed occurrit nũqd testamẽtũ. malleolus nõ cõdidit. Cõdidit qdem: sed cõdere nõ potuit qm̃ furio/sus erat: qd ãt fuerit furiosus manifeste appet: qa matrẽ occidit nemo ãt nisi furiosus posset matrẽ occidere. Ex q̃bus rõcinatio &c. Collectio: & syllogisma: hoc mõ q matrẽ occidit is furiosus uidet̃ esse Malleolus matrẽ occidit: igit̃ furiosus fuit: & testamẽtũ cõdere nõ potuit: Nã lex ē. si q̃s furiosus existit agnatorũ gẽtiliũq in eo pecuniaq eius potestas esto: ergo pecunia eius mea ē lege agnationis q defẽdit mihi inqt debet̃ hæreditas: nã potuit malleolus maior: natu & pr̃familias cõdere testamtũ: lege paterfamilias: uti sup familia pecũia ut sua legauerit: ita ius esto. Cuiusmõi &c. de iuridiciali cõstitutiõe pcipẽre nũc icipit: q̃ in duas diuiditur partes ab solutã: & assumptiuã Δικαιολογία græce uocatis & generalis a nõnullis noiat̃: qa æquũ ne sit qppiã: an ini/quũ: iustũ uel iniustũ pmissũ aut nõ pmissũ uetitũ uel cõtra disputat. agit interdũ de rei qualitate psona non adiecta: in causis. s. hypotheticis ut bonæ ne: an malæ sint diuitiæ: sic a Cic. in rhetoricis de inuẽtione diffinit̃.

Pœna p ricidorũ

Folliculum

Solea

Crepida

Per æs & librã

CANTO. Sine ppria lege: fabius li. vii. ubi de syllogismo tractat inqt. Maioris pugne ē scripto ducere qd scriptũ nõ ē: q patrẽ occiderit culeo insuat̃. Matrẽ occidit. In hoc genere hæc q̃runt̃. An quotiẽs ppria lex nõ ē simili sit utẽdũ. An id de quo agit̃ ei de quo scriptũ ē. simile sit. Simile ãt & maius ē & par & minus i illa prio re an satis lege cautũ: sit an & si parũ cautũ ē & hoc sit utendũ. In utroq de uoluntate legum latoris. Sed de æquo tractatus potẽtissimi. Ea eiusmodi ē: Ea. s. cõtrouersia ex rõcinatione. Corio: parricidæ. n. puniebãtur. Culeo. i. corio in quo simia cãis serpẽs & gallinaceus cũ ipso icludebat̃. Deinde uel i uicinũ mare uel in amnẽ piiciebat̃: ut oium elemtorũ usu uiuus caret̃ incipet. & ei cælũ supstiti terra mortuo auferret̃ &c. De culeo q dẽlatius diximus in Iuuenale satyra octaua: Cice. ãt in orõne p roscio sic ait: Quãto maiores nr̃i sapiẽtius: q quũ intelligerẽt nihil eẽ tã sanctũ qd nõ aliqñ uiolaret audacia: Suppliciũ in parricidas singulare excogitauerũt: ut quos natura ipa in officio retinere nõ potuisset: magnitudie pœne maleficio sũmoueret̃: insui uolue/rũt i culeũ uiuos: atq ita i flumẽ deiicit. O singularẽ sapiam iudices: ñ ne uidẽt hũc hoiem ex rerũ natura sub/stulisse & eripuisse: cui repẽte cælũ solẽ aquã terrãq ademerit: ut q eũ necasset uñ ipe natus eẽt: careret his re bo oibo: ex q̃bo oia nata eẽ dñt. Noluerũt feris corpus obiicere: ne bestiis quoq q tm̃ scelus attigisset imãiori bus uteret̃. Nõ sic nudos in flumẽ deiicere: ne quũ delati eẽnt i mare ipsũ polluerẽt: q° cætera q̃ uiolata sũt ex

piari putant̃ &c. Gentiliũ: gentilis dicit̃ ex eodẽ genere ortus: & is qui eodẽ noie appellat̃: ut scribit festus: Pa ter familias: familia antea in liberis hoibus dicebatur quorum dux & princeps uocabatur pater & materfami lias: postea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt permutata littera cũ u. Auctor est festus.

De iuridiciali constitutione.

IVridicialis constitutio est cũ factum conuenit: sed iure: an iniuria fcm̃ sit: q̃ritur. Eius cõstitutionis ptes duæ sunt: quarũ una absoluta: altera assũptiua noiatur. Absoluta est: cũ idipsum qd factum ē ut aliud nihil foris assumatur recte factum esse dicemus: ea ē huiusmodi: mimus quidã nominati Actium poetã cõpellauit i cœnaculo: cũ eo Actius iniuriarũ agit: hic nihil aliud defẽdit nisi licere eũ noiare cuius noie scripta dentur agẽda. Assumptiua pars est: cum p se defensio infirma est: sed assumpta contraria re cõprobatur. Assumptiuæ ptes sunt quattuor: cõcessio: remotio criminis: trãslatio crĩs: cõparatio. Cõcessio est cũ reus postulat sibi ignosci ea diuidit in purgationẽ: & deprecationem: Purgatio est: cum consulto negat se reus fecisse. Ea diuiditur i fortunam iprudentiam: necessitatẽ fortunã: ut Cępio apud tribunũ plębis de amissione exercitus imprudentiã: ut ille q de eo seruo q dominũ occiderat suppliciũ sũpsit: cui frater esset: anteq̃ tabulas testamenti aperuerit: cum is seruus testõ manumissus.

FRAN. Cõstitutio iuridicialis est in qua æqui & recti natura aut pmii aut pœne rõ quæritur: ps q̃ absoluta uocatur: factũ cõfitetur: & iuste factũ aut recte affirmat nihil extrinsecus quærens psidii ad defensionem facti assumptiua uero cõtra extrinsecus facti causam assumit: sed hæc exemplis patebunt. Factũ cõ/stat: ut fecisti feci: sed iure feci: factũ conuenit: quæ/stio est: iure ne fecerit: Nã iniuria factum: accusator cõtẽdit. Absoluta &c. quoniã absoluta est hæc est ipsa p se pfecta: nullo extrinsecus assũpto indiget ad miniculo: exemplum ipse subiicit Ci. minus quidam actium in cœnaculo nomiatim appellauit: actius grauiter tulit qd proprio noie meriti appellasset: nã cũ poeta esset poete nomine appellari uoluisset: Mimũ itaq accusat iniuriarum appellasti me actium: appel/laui: sed iure: nam nomine actii tragœdias recitãdas tu ædis: sic enim inscribuntur actii poete tragœdia: si te appellaui actium quod te tu ipse facere soles iniu/riarum mecum agere nõ debes: ecce quomodo hæc constitutio nihil assumit extrinsecus: sed iure uel iniuria factum esse dicit: in cœnaculo cœnacula loca sunt in superiore domus parte quo nomine & omnis pars superior appellatur domus: Auctor est uarro scalis ad cœ/nacula ascendebatur: ut festus inquit. Agere iniuriarum est de iniuria cõqueri: & accusare Atius quintus an na uocabatur: sic a uitio crurum cognominatus est attæ enim sunt qui plantis insistunt: & atterunt magis ter/rã q̃ ambulant: auctor est festus: Mimi sunt quos histriones nos uocamus q primum ex histria uenerunt quod imitari est & effingere psonas enim in scena agebant.

Cœna/cula

Atta

De iuridiciali. Ti. xxviii.

CANTO. Iuridicialis cõstitutio est: Cicero libro. ii. rhe. de iuen. sic ait: iuridicialis est: in q̃ æqui & iniq natura & præmii aut pœne ratio q̃rit̃. huius partes sunt duæ. Quarũ alterã absolutã: alterã assumptiuã nomiamus. Absoluta est: q̃ ipsa in se nõ ut negocialis iplicite & abscõdite: sed patẽtius & expeditius recti & nõ recti q̃stionẽ cõtinet. Ea est hmõi. Quũ thebani lacedæmonios bello supauissent: & fere mos eẽt: graiis: cum iter se bel/lum gessissent: ut hi q uicissent trophæum aliquod in finibus statuerent: uictorie modo in psentia declarandæ causa: non ut in perpetuum belli memoria maneret: æneũ statuerunt trophæum. Accusantur apud amphi/ctionas. i. apud cõmune græciæ consiliũ. Intentio est: non oportuit. Depulsio est oportuit. Quæstio est: opor/tuerit ne. Ratio est: Eã. n. ex bello gloriam uirtute pepimus: ut eius æterna insignia posteris nostris relinquere uellemus. Infirmatio est: attamen æternũ inimicitiarũ monumentũ statuerint: recte an contra fecerint. Hãc ideo rõnem subiecimus: ut hoc causæ genus ipsum de quo agimus cognosceretur.

Apud amphictionas

